

brius esse iudicaverit, ei cuncti oboediant. ⁶ Sed sicut discipulos convenit oboedire magistro, ita et ipsum provide et iuste condecet cuncta disponere. ⁷ In omnibus igitur omnes magistrum sequantur regulam neque ab ea temere declinetur a quoquam. ⁸ Nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem ⁹ neque praesumat quisquam cum abbate suo proterve aut foris monasterium contendere. ¹⁰ Quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat. ¹¹ Ipse tamen abba cum timore Dei et observatione regulae omnia faciat sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis aequissimo iudici Deo rationem redditurum. ¹² Si qua vero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, ¹³ sicut scriptum est: «Omnia fac cum consilio et post factum non paeniteberis».

IV

Quae sunt instrumenta bonorum operum

¹ In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute; ² deinde proximum tamquam se ipsum. ³ Deinde non occidere, ⁴ non adulterari, ⁵ non facere furtum, ⁶ non concupiscere, ⁷ non falsum testimonium dicere. ⁸ Honos rare omnes homines ⁹ et quod sibi quis fieri non vult, alio ne faciat. ¹⁰ Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum, ¹¹ corpus castigare, ¹² delicias non amplecti, ¹³ iejunum amare, ¹⁴ pauperes recreare, ¹⁵ nudum vestire, ¹⁶ infirmum visita-

^{9-10.} discipulis O ^{12.} temere om. α ^{13.} cordis sequatur O ^{16.} abbas
α ^{12.} penitebis α
IV 3. adulterare O α Ne RM

quale che sia ciò che egli abbia ritenuto più conveniente. ⁶ Ma come è giusto che i discepoli obbediscano al maestro, così anche lui deve disporre ogni cosa con prudenza ed equità. ⁷ Tutti, dunque, seguano in tutto la regola come maestra e nessuno osi allontanarsene. ⁸ Nessuno nel monastero segua l'inclinazione del proprio cuore ⁹ e nessuno osi discutere col proprio abate in modo irriguardoso o fuori del monastero. ¹⁰ E se oserà farlo, subisca le sanzioni delle regola. ¹¹ Dal canto suo anche l'abate faccia tutto nel timore di Dio e nel rispetto della regola, ben sapendo che certamente egli dovrà rendere conto di tutte le sue decisioni al più giusto dei giudici, a Dio. ¹² Se, invece, le questioni da trattare per il bene del monastero sono di minore importanza, ricorra solo al consiglio degli anziani, ¹³ come sta scritto: «Fa' tutto con consiglio e, a cose fatte, non ti pentirai».

IV

Quali sono gli strumenti delle opere buone

¹ In primo luogo amare il Signore Iddio con tutto il cuore, con tutta l'anima, con tutte le forze; ² poi il prossimo come se stesso. ³ Poi non uccidere, ⁴ non commettere adulterio, ⁵ non rubare, ⁶ non avere concupiscentia, ⁷ non testimoniare il falso. ⁸ Onorare tutti gli uomini ⁹ e non fare agli altri quello che non si vuole sia fatto a se stesso. ¹⁰ Rinnegare se stesso per seguire Cristo, ¹¹ castigare il corpo, ¹² non attaccarsi ai piaceri, ¹³ amare il digiuno, ¹⁴ soccorrere i poveri, ¹⁵ vestire chi è nudo, ¹⁶ visitare il malato,

^{11.} Eccli. 32,24

^{IV:} RM 3

^{1.} cf. Ev. Marc. 12,30; Ev. Luc. 10,27; Deut. 6,5; Cypr., Dom. or. 15 ^{2.} Ev. Marc. 12,31; Ev. Luc. 10,27; Ev. Matth. 19,19; 22,39; Ep. Rom. 13,9 ^{3-4.} cf. Ev. Matth. 19,18; Ev. Luc. 18,20; Ep. Rom. 13,9; Ex. 20,13,7; Deut. 5,17-
²¹ ^{4.} cf. 1 Ep. Petr. 2,17 ^{5-6.} cf. Ev. Matth. 7,12; Tob. 4,16 ^{6.} cf. Ev. Matth. 16,24; Ev. Luc. 9,23; Pass. Iul. 46; Ruf., Hist. mon. 31,14 ^{7.} cf. 1 Ep. Cor. 9,27 ^{7-8.} cf. Pass. Iul. 46 ^{8.} cf. Ev. Matth. 25,36

re, ¹⁷ mortuum sepelire, ¹⁸ in tribulatione subvenire, ¹⁹ dolentem consolari. ²⁰ Saeculi actibus se facere alienum, ²¹ nihil amori Christi praeponere, ²² iram non perficere, ²³ iracundiae tempus non reservare, ²⁴ dolum in corde non tenere, ²⁵ pacem falsam non dare, ²⁶ caritatem non derelinquere. ²⁷ Non iurare, ne forte periuret, ²⁸ veritatem ex corde et ore proferre. ²⁹ Malum pro malo non reddere, ³⁰ iniuriam non facere, sed et factas patienter sufferre. ³¹ Inimicos diligere, ³² maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, ³³ persecutionem pro iustitia sustinere. ³⁴ Non esse superbum, ³⁵ non vinolentum, ³⁶ non multum edacem, ³⁷ non somnulentum, ³⁸ non pigrum, ³⁹ non murmuriosum, ⁴⁰ non detractorem. ⁴¹ Spem suam Deo committere. ⁴² Bonum aliquid in se cum viderit, Deo adplicet, non sibi; ⁴³ malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet. ⁴⁴ Diem iudicii timere, ⁴⁵ gehennam expavescere, ⁴⁶ vitam aeternam omni concupiscentia spirituali desiderare, ⁴⁷ mortem cotidie ante oculos suspectam habere. ⁴⁸ Actus vitae suae omni hora custodire, ⁴⁹ in omni loco Deum se respicere pro certo scire, ⁵⁰ cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere et seniori spirituali patefacere. ⁵¹ Os suum a malo vel pravo eloquio custodire, ⁵² multum loqui non amare, ⁵³ verba vana aut risui apta non loqui, ⁵⁴ risum multum aut excussum non amare. ⁵⁵ Lectiones sanctas libenter audire, ⁵⁶ orationi frequenter incumbere,

^{10.} consolare O | ante saeculi add. a α ¹⁴ periuret: perierit O periuraverit O^o ^{16.} factam α ^{21.} aliquod O ^{27.} corde O ^{28.} allidat O ^{29.} patefacere: satisfacere α | pravo vel malo O

¹⁷ seppellire il morto, ¹⁸ soccorrere nella sventura, ¹⁹ consolare l'afflitto. ²⁰ Rendersi estraneo alle azioni del mondo, ²¹ non anteporre nulla all'amore di Cristo, ²² non dare sfogo all'ira, ²³ non lasciare tempo al rancore, ²⁴ non tenere l'inganno nel cuore, ²⁵ non dare una falsa pace, ²⁶ non allontanarsi dalla carità. ²⁷ Non giurare, per evitare di spergiurare, ²⁸ esprimere la verità dalla bocca e dal cuore. ²⁹ Non rendere male per male, ³⁰ non offendere, anzi sopportare con pazienza le offese ricevute. ³¹ Amare i nemici, ³² non rispondere calunniando quelli che calunniano, ma al contrario dirne bene, ³³ sostenere persecuzioni per la giustizia. ³⁴ Non essere superbo, ³⁵ né beone, ³⁶ né mangione, ³⁷ né dormiglione, ³⁸ né pigro, ³⁹ né mormoratore, ⁴⁰ né denigratore. ⁴¹ Riporre in Dio la propria speranza. ⁴² Vedendo in sé qualcosa di buono, uno lo attribuisca a Dio, non a sé; ⁴³ invece il male saprà sempre di essere stato lui a farlo e lo imputi a sé. ⁴⁴ Temere il giorno del giudizio, ⁴⁵ avere terrore dell'inferno, ⁴⁶ desiderare la vita eterna con tutto l'ardore dello spirito, ⁴⁷ avere ogni giorno la morte davanti agli occhi, sospettandola imminente. ⁴⁸ Vigilare incessantemente sulle azioni della propria vita, ⁴⁹ in ogni luogo avere per sicuro che Dio lo guarda, ⁵⁰ spezzare subito in Cristo i pensieri malvagi che si presentano al proprio cuore ed esporli al padre spirituale. ⁵¹ Preservare la propria bocca da discorsi cattivi e disonesti, ⁵² non amare il parlare a lungo, ⁵³ non dire parole vanε o che suscitano il riso, ⁵⁴ non amare il riso prolungato o fragoroso. ⁵⁵ Ascoltare volentieri le letture sacre, ⁵⁶ dedicarsi con frequenza alla preghiera, ⁵⁷ confessare a Dio ogni giorno nella pre-

9. cf. Tob. 1,20; Is. 1,17; 2 Ep. Cor. 1,4 ^{10-1.} cf. Pass. Iul. 46; Cypr., Dom. or. ^{12.} cf. Prov. 12,20 ^{13.} Cf. Ev. Matth. 5,33; Ambr., Exh. virg. ⁷⁴ ^{15.} cf. 1 Ep. Petr. 3,9; 1 Ep. Thess. 5,15 ^{15-7.} cf. Hier., Ep. 84,1; Cypr., Dom. or. 15; RMac 21,2 ^{16-7.} cf. Ev. Luc. 6,27-8; Ev. Matth. 5,44; 1 Ep. Petr. 3,9 ^{17-8.} cf. Ev. Matth. 5,10; 1 Ep. Cor. 4,12 ^{18.} cf. Ep. Tit. 1,7; 1 Ep. Ti. 3,3 ^{20-1.} cf. Ps. 72,18; 77,7 ^{21-3.} cf. Aug., Serm. 96,2; Porph., ad Marc. 12 (p. 18,10-3) ^{25.} cf. Vitae Patrum 7,35,1 ^{26-7.} cf. Prov. 15,3 ^{28.} cf. Ps. 136,9 ^{29.} cf. Ps. 33,14 ^{31-2.} cf. Hier., Ep. 58,6,2; 60,10,9; Cass., Conl. 9,36,1

⁵⁷ mala sua praeterita cum lacrimis vel gemitu cotidie in oratione Deo confiteri, ⁵⁸ de ipsis malis de cetero emendare.
⁵⁹ Desideria carnis non efficere, ⁶⁰ voluntatem propriam odire, ⁶¹ praeceps abbatis in omnibus oboedire, etiam si ipse aliter – quod absit! – agat, memores illud dominicum praecatum: «Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite». ⁶² Non velle dici sanctum antequam sit, sed prius esse quod verius dicatur. ⁶³ Praecepta Dei factis cotidie adimplere, ⁶⁴ castitatem amare, ⁶⁵ nullum odire, ⁶⁶ zelum non habere, ⁶⁷ invidiam non exercere, ⁶⁸ contentionem non amare, ⁶⁹ elationem fugere, ⁷⁰ et seniores venerare, ⁷¹ iuniores diligere. ⁷² In Christi amore pro inimicis orare, ⁷³ cum discordante ante solis occasum in pacem redire. ⁷⁴ Et de Dei misericordia numquam desperare. ⁷⁵ Ecce haec sunt instrumenta artis spiritualis. ⁷⁶ Quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta et in die iudicii reconsignata, illa merces nobis a Domino recompensabitur quam ipse promisit: ⁷⁷ «Quod occlus non vidit nec auris audivit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum». ⁷⁸ Officina vero ubi haec omnia diligenter operemur claustra sunt monasterii et stabilitas in congregazione.

V De oboedientia

¹ Primus humilitatis gradus est oboedientia sine mora. ² Haec convenit his qui nihil sibi a Christo carius aliquid existimant.

^{33-4.} orationem O ^{35.} perficere α ^{37.} memor α (fort.) ^{38.} post di-
cunt add. vobis O ^{41-2.} zelum non habere invidiam non exercere: invidiam
non habere O ^{43.} et om. α ^{44.} discordantibus α ^{46.} desperare
O ^{48.} mercis O Ne ^{50.} post audivit add. nec in cor hominis ascendit O α
^{51.} illum: eum O

ghiera, con lacrime e gemiti, le colpe passate, ⁵⁸ correggersi, per l'avvenire, di queste colpe. ⁵⁹ Non appagare i desideri della carne, ⁶⁰ odiare la propria volontà, ⁶¹ obbedire in tutto agli ordini dell'abate, anche se egli – il cielo non voglia! – si comporta diversamente, ricordando quel comandamento del Signore: «Fate quello che dicono, ma non fate quello che fanno». ⁶² Non volere essere chiamato santo prima di esserlo, ma esserlo prima, perché poi lo si possa dire con maggior verità. ⁶³ Mettere ogni giorno in pratica i comandamenti di Dio, ⁶⁴ amare la castità, ⁶⁵ non odiare nessuno, ⁶⁶ non avere gelosia, ⁶⁷ non agire con invidia, ⁶⁸ non amare il litigio, ⁶⁹ fuggire la boria, ⁷⁰ venerare gli anziani, ⁷¹ amare i giovani. ⁷² Nell'amore di Cristo pregare per i nemici, ⁷³ fare la pace con chi si litiga prima del tramonto del sole. ⁷⁴ E non disperare mai della misericordia di Dio. ⁷⁵ Sono questi gli strumenti dell'arte spirituale. ⁷⁶ Se essi sono stati da noi adoperati incessantemente, giorno e notte, e riconsegnati nel giorno del giudizio, ci sarà data in compenso dal Signore quella mercede che egli stesso ha promesso: ⁷⁷ «Ciò che occhio non ha visto né orecchio ha udito, i beni che Dio ha preparato a coloro che lo amano». ⁷⁸ E l'officina dove noi possiamo adoperare con cura tutti questi strumenti è il recinto del monastero e la stabilità nella comunità.

V L'obbedienza

¹ Il primo gradino dell'umiltà è l'obbedienza senza indugio. ² Es-
sa è propria di coloro che stimano di non avere niente di più caro

^{33.} cf. Cass., *Conl.* 20,6,1 ^{35.} cf. Ep. Gal. 5,16 ^{38.} Ev. Matth.
^{23,3} ^{39.} cf. *Pass. Iul.* 46; *Sulp. Sev.*, 2 *Ep. ad soror.* 17 ^{41.} cf. *Iudith*
^{15,11} ^{41-2.} cf. Ep. Iac. 3,14-6 ^{44.} cf. Ev. Matth. 5,44; Ep. Eph.
^{4,26} ^{49-51.} 1 *Ep. Cor.* 2,9
V. RM 7

nis vel praepositis constitutam sibi servare sciatur.⁸ Quod si alter praesumpserit, non sacerdos sed rebellio iudicetur.⁹ Et saepe ammonitus si non correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonio.¹⁰ Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis proiciatur de monasterio,¹¹ si tamen talis fuerit eius contumacia, ut subdi aut oboedire regulae nolit.

LXIII *De ordine congregationis*

¹ Ordines suos in monasterio ita conservent ut conversationis tempus, ut vitae meritum discernit utque abbas constituerit. ² Qui abbas non conturbet gregem sibi commissum nec, quasi libera utens potestate, iniuste disponat aliquid,³ sed cogitet semper quia de omnibus iudiciis et operibus suis redditurus est Deo rationem.⁴ Ergo secundum ordines quos constituerit vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum, in choro standum. ⁵ Et in omnibus omnino locis aetas non discernat ordines nec praeiudicet,⁶ quia Samuhel et Danihel pueri presbyteros iudicaverunt.⁷ Ergo, excepto hos quos, ut diximus, altiori consilio abbas praetulerit vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes ut convertuntur ita sint,⁸ ut verbi gratia qui secunda hora diei venerit in monasterio, iuniorem se noverit illius esse, qui prima hora venit diei, cuiuslibet aetatis aut dignitatis sit,⁹ pueris per omnia ab omnibus disciplina conservata. ¹⁰ Iuniores igitur priores suos honorent, priores minores suos

11. *praepositis constitutam sibi: praeposito se constitutam O* 12. *rebellis O (corr. O^o)* 14. *testimonium a*
LXIII T. *ordines congregationes O* 1. *ante ita add. omnino O^o* 2. *ut: et O |*
utquae A 11. *exceptos hos O exceptis his a O^o | altiore O^o* 13. *ut² om. O*
(scr. O^o) 15. *venerit O* 16. *conservata disciplina O*

egli è tenuto a osservare la regola stabilita per i decani e i superiori.⁸ Se egli oserà fare diversamente, sia giudicato non come un sacerdote ma come un ribelle.⁹ E se, pur ammonito, non si correggerà, si prenda a testimonio anche il vescovo.¹⁰ Se non si correggerà neppure così, diventando manifeste le sue colpe, sia cacciato dal monastero,¹¹ sempre che la sua ostinazione sarà tale da non volere sottomettersi e obbedire alla regola.

LXIII *L'ordine della comunità*

¹ I fratelli conservino nel monastero i loro posti come vengono distinti dal tempo d'ingresso, dal merito della vita e da ciò che ha deciso l'abate. ² L'abate non crei scompiglio nel gregge che gli è stato affidato e non prenda disposizioni ingiuste, come se godesse di un potere senza limiti,³ ma pensi sempre che di tutte le sue decisioni e le sue azioni renderà conto a Dio.⁴ Dunque, secondo i posti che egli avrà stabilito o che i fratelli stessi avranno avuto, vadano al bacio di pace, alla comunione, a intonare i salmi, a prendere posto nel coro.⁵ E in nessun luogo sia l'età a determinare i posti o a stabilire precedenze,⁶ poiché Samuele e Daniele giudicarono i presbiteri ancora fanciulli.⁷ Dunque, ad eccezione di quelli che l'abate, come abbiamo detto, avrà promosso secondo un disegno superiore o retrocesso per motivi certi, tutti gli altri siano secondo l'ordine d'ingresso,⁸ sicché chi, per esempio, sarà venuto nel monastero all'ora seconda sappia di essere più giovane di quello che è venuto alla prima ora del giorno, qualunque sia la sua età o la sua dignità,⁹ mentre ai fanciulli la disciplina sia fatta osservare in ogni cosa da tutti.¹⁰ I giovani, dunque,

15. cf. ROr 35; Aug., Ep. 211,11 (p. 365,7)

LXIII: cf. RM 92 6-8. cf. Pach., *Praef. Hier.* 3
 13,45-62; Hier., Ep. 37,4,2; 58,1,2

10. cf. 1 Sam. 3,11-8; Dan.

diligent. ¹¹ In ipsa appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine, ¹² sed priores iuniores suos fratrum nomine, iuniores autem priores suos nonnos vocent, quod intelligitur paterna reverentia. ¹³ Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, dominus et abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore et amore Christi. ¹⁴ Ipse autem cogitet et sic se exhibeat ut dignus sit tali honore. ¹⁵ Ubi cumque autem sibi obviant fratres, iunior priorem benedictionem petat. ¹⁶ Transeunte maiore, minor surgat et det ei locum sedendi. Nec praesumat iunior conseedere, nisi ei praeципiat senior suus, ¹⁷ ut fiat quod scriptum est: «Honore invicem praevenientes». ¹⁸ Pueri parvi vel adulescentes in oratorio vel ad mensas cum disciplina ordines suos consequantur. ¹⁹ Foris autem vel ubiubi et custodiam habeant et disciplinam, usque dum ad intelligibilem aetatem perveniant.

LXIV *De ordinando abate*

¹ In abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio ut hic constituatur quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis saniore consilio elegerit. ² Vitae autem merito et sapientiae doctrina elegatur qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis. ³ Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis – quod quidem absit! – consentientem personam pari consilio elegerit ⁴ et vitia ipsa aliquatenus in notitia episcopi

¹⁸. post ipsa add. autem O^o ¹⁹. nomine appellare O^o ²⁰. nunnos O (corr. O^o) ²¹. creditur agere: agit O^o ²². priorem: a priore O^o ²³. resurgat O^o
³¹. ubiubi: ubicumque O^o ubique O^o | et¹ om. O^o
LXIV T. de ordine abbatis O ¹. illam O^o ². constitutur O (corr. O^o) | sibi A O Ne: sive α Pe Ne ⁴. saniori O (corr. O^o) ⁸. notitiam O α

onorino gli anziani e gli anziani amino i giovani. ¹¹ Anche nel chiamarsi per nome, nessuno chiama un altro col semplice nome, ¹² ma gli anziani chiamino i giovani con il nome di “fratelli”, i giovani invece chiamino gli anziani “nonni”, che esprime il rispetto dovuto al padre. ¹³ L’abate poi, giacché si sa per fede che è il rappresentante di Cristo, sia chiamato “signore” e “abate”, non perché sia lui a pretenderlo, ma per onore e amore di Cristo. ¹⁴ Egli però pensi a questo e si comporti in modo da essere degno di un tale onore. ¹⁵ Dovunque poi i fratelli si incontrino, il più giovane domandi la benedizione all’anziano. ¹⁶ Quando passa un superiore, l’inferiore si alzi e gli ceda il posto a sedere, né il più giovane osi sedere assieme a lui, se non glielo permette l’anziano, ¹⁷ perché si realizzi ciò che è scritto: «Gareggiando nel farsi onore reciprocamente». ¹⁸ I fanciulli piccoli e adolescenti nell’oratorio e a mensa occupino disciplinatamente i loro posti; ¹⁹ fuori di lì e in qualunque altro luogo stiano con disciplina sotto sorveglianza, finché non giungano all’età della ragione. <

LXIV *L’ordinazione dell’abate*

¹ Nell’ordinazione dell’abate si segua sempre il principio di nominare quello che avrà scelto di comune accordo tutta la comunità secondo il timore di Dio o anche una parte di essa, per quanto piccola, in base a un giudizio più solido. ² Chi deve essere ordinato sia scelto per il merito della sua vita e la sapiente dottrina, anche se occupasse l’ultimo posto nella comunità. ³ E anche se tutta la comunità scegliesse con giudizio unanime – Dio non voglia! – una persona compiacente verso i suoi vizi ⁴ e questi vizi venissero

¹⁶. cf. Lev. 19,32 ¹⁸. Ep. Rom. 12,10
LXIV: cf. RM 93 ⁴⁻⁶. cf. Iust., Cod. 1,3,46; Nov. 123,34

LXXI

Ut oboedientes sibi sint invicem

¹ Oboedientiae bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi invicem ita oboediant fratres, ² scientes per hanc oboedientiae viam se ituros ad Deum. ³ Praemisso ergo abbatis aut praepositorum qui ab eo constituuntur imperio, cui non permittimus privata imperia p[re]aeponi, ⁴ de cetero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine oboediant. ⁵ Quod si quis contentiosus reperitur, corripitur. ⁶ Si quis autem frater pro quavis minima causa ab abbatе vel a quocumque priore suo corripitur quolibet modo ⁷ vel si leviter senserit animos prioris cuiuscumque contra se iratos vel commotos quamvis modice, ⁸ mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque dum benedictione sanetur illa commotio. ⁹ Quod qui tempserit facere, aut corporali vindictae subiaceat aut, si contumax fuerit, de monasterio expellatur.

LXXII

De zelo bono quod debent monachi habere

¹ Sicut est zelus amaritudinis malus, qui separat a Deo et dicit ad infernum, ² ita est zelus bonus, qui separat a vitia et dicit ad Deum et ad vitam aeternam. ³ Hunc ergo zelum fermentissimo amore exerceant monachi, ⁴ id est ut «honore se

LXXI 8. quamvis O° | ab abbatе om. O | 10. animum O | cuiuscumque prioris O
10-1. iratum vel commotum O | 13. qui: quis O si quis O°
LXXII T. quod: quem α | 1. seperat A Pe | 2. post est add. et α | vitiis O vito α

LXXI

Ci si obbedisca reciprocamente

¹ Non soltanto all'abate va reso da tutti questo bene che è l'obbedienza, ma anche gli uni con gli altri i fratelli si obbediscano, ² sapendo che per questa strada dell'obbedienza essi andranno a Dio. ³ Data dunque la precedenza al comando dell'abate o dei superiori da lui nominati – al quale non permettiamo che siano anteposti comandi privati – ⁴ per il resto i più giovani obbediscano tutti ai loro anziani con somma carità e sollecitudine. ⁵ E se si trova qualcuno pronto a contestare, sia punito. ⁶ Se poi un fratello per un motivo anche insignificante riceve un rimprovero di qualsiasi genere dall'abate o da uno qualunque dei suoi anziani ⁷ o se avrà la sensazione pur lieve che un anziano, chiunque egli sia, abbia verso di lui sentimenti d'ira o anche di lieve irritazione, ⁸ subito, senza indugio, si prostri a terra davanti ai suoi piedi e rimanga disteso a far penitenza fino a quando questa irritazione sia placata e si risolva in una benedizione. ⁹ E chi rifiuterà di fare questo, sia sottoposto a una punizione corporale o, se sarà recidivo, sia espulso dal monastero.

LXXII

Lo zelo buono che i monaci debbono avere

¹ Come c'è uno zelo maligno e amaro che allontana da Dio e conduce all'inferno, ² così c'è uno zelo buono che allontana dai vizi e conduce a Dio e alla vita eterna. ³ Questo zelo, dunque, esercitino i monaci con ardentissimo amore, ⁴ cioè «gli uni prevengano

LXXI 1. cf. Cass., Inst. 4,30,1; 12,31 7. cf. 1 Ep. Cor. 11,16 9-11. cf. Cass.,
Conl. 16,15 12-3. cf. Cass., Inst. 4,16,1
LXXII 1. cf. Ep. Iac. 3,14 1-3. cf. Ev. Matth. 7,13-4 4-5. cf. Ep. Rom.
12,10

, invicem praeveniant», ⁵ infirmitates suas sive corporum sive morum patientissime tolerent, ⁶ oboedientiam sibi certatim impendant; ⁷ nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alio, ⁸ caritatem fraternitatis caste impendant, ⁹ amore Deum timeant, ¹⁰ abbatem suum sincera et humili caritate dīligant. ¹¹ Christo omnino nihil p̄aeponant, ¹² qui nos pariter ad vitam aeternam perducat.

LXXIII

*De hoc quod non omnis iustitiae observatio
in hac sit regula constituta*

¹ Regulam autem hanc descripsimus ut hanc observantes in monasteriis aliquatenus vel honestatem morum aut initium conversationis nos demonstremus habere. ² Ceterum ad perfectionem conversationis qui festinat, sunt doctrinae sanctorum patrum, quarum observatio perducat hominem ad celsitudinem perfectionis. ³ Quae enim pagina aut qui sermo divinae auctoritatis veteris ac novi testamenti non est rectissima norma vitae humanae? ⁴ Aut quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat, ut recto cursu perveniamus ad creatorem nostrum? ⁵ Necnon et Collationes Patrum et Instituta et Vitas eorum, sed et regula sancti patris nostri Basillii, ⁶ quid aliud sunt nisi bene viventium et oboedientium monachorum instrumenta virtutum? ⁷ Nobis autem desidiosis et male vi-

8. casto O | inimpendant A 9. humili caritate: humiliata O (corr. O^o)
LXXIII 1-2. hanc observantes in monasteriis: in hac observationem monasterii O
3. nos: nostrae O | demonstraremus baberi O 5. patrum O | observatio: observa-
O qui ita desinit 8. vitae om. A 11. vita &

gli altri nel rendersi onore», ⁵ sopportino con grande pazienza le proprie infermità fisiche e morali, ⁶ facciano a gara nel prestarsi reciproca obbedienza; ⁷ nessuno cerchi ciò che giudica utile per sé, ma piuttosto quello che lo è agli altri; ⁸ praticino un casto amore fraterno, ⁹ temano Dio amandolo, ¹⁰ amino il loro abate con un affetto sincero e umile, ¹¹ non antepongano assolutamente nulla a Cristo. ¹² Ci conduca egli tutti insieme alla vita eterna!

LXXIII

Il fatto che in questa regola non sono prescritte tutte le norme di giustizia

¹ Abbiamo scritto questa regola affinché, osservandola nei monasteri, noi diamo prova di una qualche onestà di costumi e di un avviamento di vita monastica. ² Ma per chi si affretta alla perfezione della vita monastica ci sono gli insegnamenti dei santi Padri, la cui pratica può condurre l'uomo al culmine della perfezione. ³ Quale pagina, infatti, o quale parola di autorità divina del Vecchio e del Nuovo Testamento non è per la vita dell'uomo la norma più retta? ⁴ O quale libro dei santi Padri cattolici non ci insegna con forza ad andare per una via diritta al nostro creatore? ⁵ E pure le Collazioni dei Padri e le Istituzioni e le loro Vite, come la regola del nostro santo padre Basilio, ⁶ che altro sono se non gli strumenti di virtù per monaci che vivono santamente e in obbedienza? ⁷ Per noi, invece, che siamo svogliati, inosservanti e

5-6. cf. Cass., *Conl.* 6,3,5 7-8. cf. 1 Ep. Cor. 10,24.33; Ep. Phil. 2,4 8.
cf. Ep. Rom. 12,10; 1 Ep. Thess. 4,9; Ep. Hebr. 13,1; 1 Ep. Petr. 1,22 8-9. cf. 1
Ep. Petr. 2,17; Cypr., *Dom. or.* 15 10. cf. Cypr., *Dom. or.* 15
LXXIII 1-2. cf. Cass., *Inst.* 4,39,1; *Conl.* 21,10,1 3-4. cf. Cass., *Conl.* 21,5,4
12. cf. Cass., *Conl.* 6,10,3

ventibus atque neglegentibus rubur confusionis est.⁸ Quis quis ergo ad patriam caelestem festinas, hanc minimam inchoationis regulam descriptam, adiuvante Christo, perfice,⁹ et tunc demum ad maiora quae supra commemoravimus doctrinae virtutumque culmina, Deo protegente, pervenies.

negligenti, c'è rossore e confusione.⁸ Dunque, chiunque tu sia che ti affretti alla patria celeste, attua, con l'aiuto di Cristo, questa regola minima, scritta per i principianti,⁹ e soltanto allora, con la protezione di Dio, giungerai a quelle più alte cime di sapienza e di virtù delle quali abbiamo fatto cenno sopra.

^{14.} *rubor* α

^{17-8.} *doctrinae: doctri-* A qui ita desinit folio avulso

^{15.} cf. Ep. Hebr. 4,11

^{17-8.} cf. Cass., *Conl.* 21,34,3; *Inst.* 4,23